

129
Andreas Dime, Professorum umb. p. hinc conygro abysfalt,
Sponsus ubi auf dasin zu vultis, das die brüder sein
nicht geschindret, sondern die Holt in alle dinge besondret
wird.

Quin wie uns gestalt notherndig, und ruffen/plus
dieses dinsts dinsts zu ein quädiglyst, hrolast, ein-
wider in aller gnad, zu vorkommen. Datum Heidelberg,
d. 12. L. Januarij Anno 1585.

Ettyppadi

Supra Sapientz Praeceptorum Davidi Paro,
Auch Professoren zur Aristad, Johanni Jagnitio
und lieber gottlichen sampt und sondere

Quirino Reuterio suo Andr. Dudithij S. D.

791
Oli Clarissime Quirine S. P. Discessus Gravii Tui atq. adeo nostri
invidit in id tempus, quo ego sum et animo et negotiis distentus.
Itaque brevior ero, quam res nostrae et mutuus amor postulet.
etsi id videor, mihi jam merito aliquo tuo facere, ut parcerem
pari. Tu n. à tanto tempore. brevem epistolam, eamq. penè
earum rerum inanem ad me dedisti, quas imprimis scire cupi-
ebam. Ihaec res eodem propemodum sunt loco, quo, cum huc es,
fuerunt, nisi quod duobus sum filijs autq. à tuo discessu, et va-
letudine sum paulò infirmiore, senectute id est scilicet. Tui
frequens est et amara memoria in nostris sermonibus. Mihi
quidem nihil penè deest ad vitam jucundè frangendam pra-
ter doctorum hominum consuetudinem, aut si per vos magnos
Ciceronianos licet si loqui: conversationem. saltem in pro-
pinquo alicubi abesses, ut crebriores inter nos literae comea-
rent. Sane pates mihi literis tuis fieri quicquam optatius
posse. Itaque si me amas, scribe plenissime et creberrimè de
te, de Academia, de Ecclesia, de doctorum Virorum coment.
Saluta meis verbis amicos tuos et meos, imprimis Theologos
D. D. Zanchium, Grynaeum, Tossanum, Junium et alios, Dn.
Jagnician, Dn. Bellium, Dn. Stehnum etc. Palcionii magnum
dolorem mihi et parentibus attulerunt; non dubito eos fore suaty.
Voles ex vestra ista schola ac optatiss. et doctiss. virorum

coetu tam improbos belluones revertisse, sed nemo hanc culpam
prestare potest; ego tamen lapidor, quod autor fuerim eò tra-
mittendi. Pro gratiarum actione refero praeterea à quoy quo
carendum mihi diu est pecunia, quam in nebulones profudi; sed
valeant; rogo te ut mihi omnia de omnibz. Includi; epistolam
cuius mei, qui simili marasmo contabescit. Tibi schiz quoy
Caesar. Consil. Camera et nuper preses S. Vale et vive feliciter,
meqz amare perge. Bresla 20. Jan: 1585.

80)

Taddeo Hagccio ab Hageck hndr. Dudit.
Carissime atqz Excell. Doctor, Domine et trice honorande
et charissime S. P. et felicissima omnia.
A quo tempore nos Bresla contagio illa pestilens extra-
sit in hoc loca, nihil de vestro stata cognoscere potui, de
quo equidem pro mea erga vos perpetua et constanti
et sanè eximia benevolentia valde sollicitus sum. Seto igitur
magorem in modum, ut de validudine vestra vestrorumqz
liberorum, praesertim verò ejus, quem ex Anglia reducent
multis annis bonis s. ut audio magna mea cum voluptate
cumulatam, fortasse jam in aula collocastis. Deg illi et vobis
vestrisqz omnibz una cum uxore omnia summa et opta-
tissima largiatur. Nos absumus à nostra urbe 9. miliar.
in arce Illustriss. Dni Comitibz Goreani Palatini Posnani-
ensis uxoris meae consobrini. Etsi verò jam Bresla
Dei beneficio pestis seruire desinit, et propterea multi
remigrant, nos tamen nondum hinc abire sinit huma-
nissimus et liberalissimus heros, hospes noster, tum ne nos
in periculum conjiciamus, tum ut uxor mea, qua non
ib. dies à partu, ut conjicimus, abest, huc infantem suum
in lucem edat: Deg nobis adfit. Nos etsi serivili jam
sumus, si aliis in rebz vestras virtutes imitari non posse-
mus, in propaganda tamen sobole ita vobiscum certamus,
ut non longo intervallo à vobis relinquamur. Supto sicut
ecquid tandem constituit facere Electore de tuo Aquilone,
tum illud quoqz, an aliquis typographus jam sub prelo habeat
Cometicas illas vestras, immortalitate dignissimas incubatio-
nes